

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum temperantia sit circa delectationes gustus, in quantum est gustus,
vel solum in quantum est tactus quidam? 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Vtrum circa proprias delectationes gustus sit
temperantia?

687 A D quantum sic proceditur. Videtur, quod circ
3. Eth. le. proprias delectationes gustus sit temperantia.
le. 19. co. Delectationes enim gustus sunt in cibis & potibus, qu
5. magis sunt necessarij ad hominis vitam, quam delectationes
a. 3. Q^o 4. venereorum, quæ pertinent ad tactum. Secundum prædicta*, temperantia est circa delectationes eorum, quæ sunt necessaria ad vitam hominis. Ergo temperantia est magis circa proprias delectationes gustus, quam circa proprias delectatio
nes tactus.

¶ 2 Præterea, Temperantia est circa passiones, me
text. 28. gis quam circa res ipsas. Sed sicut dicitur in 2. de am
to. 2. ma*, tactus videtur esse sensus alimenti quantum ad ipsam substantiam alimenti. Sapor autem, qui est pro
priè obiectum gustus, est sicut delectamentum al
mentorum. Ergo temperantia magis est circa gullet
quam circa tactum.

c. 4. 5. Q^o 3 Præterea, Sicut dicitur in 7. Ethic. * circa
7. et li. 3. eadem sunt temperantia & intemperantia, continen
cap. 10. a tia & incontinentia, perseuerantia & molllities: al
med. 10. 5 quam pertinent delicia. Sed ad delicias videtur perti
nere delectatio, quæ inest savoribus, qui pertinen
ad gustum. Ergo temperantia est circa delectationes
proprias gustus.

li. 3. ethi. SED contra est, quod Philosophus dicit*, quod
cap. 10. a temperantia & intemperantia videntur gustu parum
med. 10. 5 vel nihil vti.

art. præc. RESONDEO dicendum, quod sicut dictum est
temperantia consistit circa præcipuas delectationes,
quæ maxime pertinent ad conseruationem huma
vitæ, vel in specie, vel in individuo: in quibus conser
vatur aliquid principaliter, aliquid secundario.
Principaliter quidem, ipse visus necessiariorum; pa
vel fæminæ, quæ est necessaria ad conseruationem
speciei; vel cibi & potus, quæ sunt necessaria ad conser
vationem corporis.

seruationem individui. Et ipse vius horum necessaria-
riorum habet quamdam essentialē delectationem,
adfunctam. Secundariō autem consideratur circa
vrumque vsum aliquid, quod facit ad hoc, quod
vius sit magis delectabilis: sicut pulchritudo & orna-
tus fœminæ, & sapor delectabilis in cibo, & etiam
odor. Et idē principaliter temperantia est circa dele-
ctionem tactus, quæ per se consequitur ipsum vsum
necessarium rerum, quarū omnis vius est in tangendo.
Circa delectationes autem gustus, vel olfactus, vel vi-
sus, est temperantia & intemperantia. Secundariō,
in quantum sensibilia horum sensuum conferunt ad
delectabilem vsum rerum necessiarum, quæ perte-
nent ad tactum. Quia tamen gustus propinquior est
tactui, quam alijs sensus: ideō temperantia magis est
circa gustum, quam circa alios sensus.

Ad primum ergo dicendum, quod etiam ipse
vius ciborum, & delectatio essentialiter ipsum conse-
quens, ad tactum pertinent. Vnde Philosophus dicit text. 28.
in secundo de Anima *, quod tactus est sensus ali-
to. 2.
menti. Nutrimur enim calido & frigido, humido &
ficcō. Sed ad gustum pertinet discretio saporum, qui
conferunt ad delectationem alimenti, in quantum
sunt signa conuenientis nutrimenti.

Ad secundum dicendum, quod delectatio saporis
est quasi superueniens: sed delectatio tactus per se
consequitur vsum cibi & potus.

Ad tertium dicendum, quod deliciæ principa-
liter quidem consistunt in ipsa substantia alimenti:
sed secundariō in exquisito sapore & præparatione
ciborum.

ARTIC. VI.

Vrum regula temperantia, sit sumenda secundum
necessitatem presentis vita?

AD sextum sic proceditur. Videtur, quod regu-
la temperantia non sit sumenda secundum ne-
cessitatem presentis vita. Superioris enim nō regulatur
ab inferiori. Sed temperantia cum sit virtus ani-

688

infr. qu.
142. a. 1.
con. et 12
q. 63. a. 4
cor. et 4.
d. 15 q. 3
a. 1. q. 4.
ca. et Ma
10. qu. 14
a. 1. ad 1

L 3 maz